

307

DOCTO I C I E S S H

308

et Autorum de eo testimonia.
Praefens Opus ineditum est.

CXIII. VIII. 9. 4.

265 Codex chartaceus lat. Sec.
XV. Folior. nunc 48. f. currente
calamo scriptus continet *Commen-
taria imperfecta in Matthaei E-
vangelium* sine Autoris nomine,
qui ea in usum Praelectionum scho-
lasticarum congestisse videtur.
Praevie exponuntur Prologi *Hie-
ronymiani*. Initium est: *Matheus
ex Judea sic in ordine primus po-
nitur &c. Hic est primus prologus
beati Jeronimi qui preponitur E-
vangelio Mathei qui quidem pro-
logus diuiditur in 4^{or} partes &c.
Fol. 36. in Capite VIII. sistitur,
et deinceps iterum Prolegomena
quaedam in N. T. et expositio C.
I. Matthaei, prout fuit ab initio
Cod. consequuntur.*

CXIV. VII. 9. 10

558 Codex membraneus lat. Sec.
XV. ordientis. Folior. 198. 4.
per 2. columnas nitide exaratus,
rubricisque distinctus commenta-
tur in Partem *Evangeliorum Mat-
thaei et Johannis Libris* IV. quo-
rum I. et II. in *Matthaei Capiti-
bus* V — VIII. *Tertius* in Eju-
dem *Capitibus* XXIII — XXV.
Quartus in *Johannis Capitibus*
XIII — XVII. infumitur. Ratio
hujus Excerptationis Commenta-
tori est, quod in hisce *Capiti-
bus* praecipua quaedam Doctrinae
Christi fundamenta contineantur.
Utitur maxime Scriptis *Chryso-*

mi, Hieronymi et Augustini, ni-
si, quod initio *Libri III.* sibi hu-
jus *Expositorium* deesse dicat.
Prooemium Operis ita inchoat:
*Licet totum evangelium annuatim
deferat sua spiritualia vellera que
sunt sententiae subtiles et utiles
quibus est viatoris anima induenda,
tria tamen sunt loca evangelij &c.
Ad calcem Libri II. monemur:
Explicit Tractatus de sermone do-
mini in monte diuisus in duos li-
bros ad similitudinem scripti quod
super isto edidit Augustinus.* Et
ita pro reliquis duobus Evangelij
Locis duo *Libri* supersunt. *Li-
bri* porro omnes in *Capita* tribu-
ti sunt. At oram infimam folii,
quod anteriori operimento Codi-
cis interius adglutinatum fuit, le-
gitur *Lymburg*. Quid si igitur
quis Commentaria isthaec ad *Ru-
pertum* Monasterii hujus Sec. XII.
Abbatem referat, quem *Trithe-
mius* in *Catal. illustr. Germ. fol.
18.* praeter alia, quae enumerat,
varios in scripturis sanctis tracta-
tus composuisse testatur?

CXV. VI. E. II

Codex membraneus lat. Sec. 299
XIV. Folior. 166. f. per duas
columnas exaratus, rubricisque
distinctus inscribitur: *Postille su-
per Johannem*. Initium est: *Nun-
quid ad preceptum tuum eleuabitur
aquila et in arduis ponet nidum
suum. XXXIX. Job. Cum inter
III^{or} sacra animalia mystica sig-
nificatione quatuor evangelistas de-
signantia beatus iohannes per aquila
figuretur &c.* Quorum PP.

sen-